

ANGELICI DOCTORIS

Sancti Thomæ de Aquino in Epistolas sancti Pauli commentaria feliciter incipiunt.



As electionis, &c.

Act. 9. Homines in sacra scriptura inueniuntur vasis comparati propter quatuor scilicet propter constitutionem repletionem, vsum, & fructum. ¶ Primo enim quantum ad constitutionem vas enim artificis arbitrio subiacet. Hieremie. 18. Fecit illud vas alterum sicut placuerat ei. &c. Sic & constitutio hominis subiacet dei arbitrio de quo in Psal. I. pfecti nos & non ipsi nos. Vnde Eia. 4. 5. dicit. Nunquid dicit Iurii figulo tuo quid facis? Et infra 9. caput ad Roma. Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? Et inde est quod secundum voluntate dei artificis diuersa inuenitur vasorum constitutio. 2. Thimo. 2. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed etiam lignea & fictilia. Beatus autem Paulus quia vas electionis nominatur in verbis prepositis quale vas fuerit patet, quod dicitur. Eccl. 5. Quasi vas autem in solidi ornati o lapide prelo. Aureum quidem vas fuit propter fulgore sapientie, de qua potest intelligi quod dicitur Proter. 3. Preciosior est cunctis opibus. Vnde & beatus Petrus testimonium phibet ei dicens. 1. Petr. 3. Sicut & charissimum fratrem nostrum Paulum secundum data sibi sapientiam scripsit vobis. Solum quidem fuit virtute charitatis. de qua dicitur Cant. 1. Fortis est vt mors dilectio. Vnde & ipse dicit Rom. 8. Certus sum enim, quia neque mors neque vita &c. poterunt nos separare a charitate dei. Ornatum autem fuit o lapide precioso. scilicet o virtutibus de quibus dicitur prime Corin. 3. Si quis inuiseredit ficut supra fundamentum hoc aurum, argentum lapides preciosos &c. Vnde & ipse dicit. 2. Corin. 1. Gloria nostra hac est testimonium cõcientie nostre, quod in simplicitate cordis & sinceritate dei & non in sapientia carnalium, sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo. Quia autem fuit istud vas talia propinauit, docuit enim excellentius diuinitatis mysteria, quod ad sapientiam pertinere, vt patet. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Conmendauit etiam excellentissime charitatem. 1. Corin. 13. Instruxit homines de diuersis virtutibus, vt patet Col. 3. Induit vas sicut electi dei sancti, & dilecti viscera misericordie &c. ¶ Secundum etiam ad vasa pertinere videtur, vt liquore aliquo impleantur secundum illud. 4. Regum. 4. Illi offerent vasa & illa infundebat. Inuenitur etiam inter vasa diuersitas quantum ad huiusmodi plenitudinem. Nam quedam inuenitur vasa vini, quedam olei, & diuersa diuersi generis, sic etiam & homines diuersi gratijs quasi diuersi liquoribus replentur diuinitus. 1. Corin. 12. Alij datur per spiritum sermo sapientie, alij &c. Hoc autem vas de quo nunc agitur plenum fuit precioso liquore. scilicet noie christi. de quo dicitur. Cant. 1. Olei est usus nomen tuum. Vnde dicitur. Vt portet nomen meum. Totus enim videtur fuisse hoc noie plenus. secundum illud Apoca. 3. Scribam super eum nomen meum. Habuit etiam hoc nomen in cognatione intellectus secundum illud. 1. Corin. 2. Non enim iudicauimus scire aliquid inter vos nisi christum. Habuit etiam hoc nomen in dilectione affectus secundum illud Rom. 8. Quis nos sperabit charitate christi. 1. Corin. 13. Si quis non amat dominum nostrum Iesum christum sit anathema. habuit etiam ipsum in tota vite vte conseruatione. Vnde dicitur Gal. 2. Viuo autem iam non ego, viuunt vero in me christus. ¶ Tertio quantum ad vsum considerandum est quod omnia vasa alicui vasa deputantur, sed quedam honorabiliorum quedam ad viliores secundum illud Roma. 9. An non habet

potestatem figulus lutum ex eadem massa facere aliquid quidem vas in honorem, aliquid vero in contumeliam? Sic etiam homines secundum diuinam ordinationem diuersis vsum deputantur. secundum illud Eccl. 33. Omnes homines de solo & ex terra. vnde & creatus est Adam. In multitudine discipulorum dominus separauit eos, & immutauit vias eorum, ex ipsis benedixit & exaltauit, maledixit & humiliauit. Hoc autem vas ad nobilem vsum est deputatum est enim vas portariorum diuini nominis. Dicitur enim vt portet nomen meum, quod quidem nomen necessarium erat portari, quia longe erat ab hominibus secundum illud Eia. 3. Ecce nomen domini venit de longinquo. Est autem non bis longinquum propter peccatum secundum illud psalm. 18. Longe a peccatoribus salus. Est etiam longinquum nobis propter intellectus obfuscationem. Vnde & quibusdam dicitur. Heb. 11. quod erant a longe aspicientes. Et Nume. 24. dicitur. Videbo eum, sed non modo, intuebor illum, sed non prope. Et ideo sicut angeli diuinas illuminationes ad nos deserunt tanquam a deo distantes, ita apostolus euangelicam doctrinam ad nos derulerunt, & sicut in veteri testamento post legem Moysi leguntur prophetarum, quibus legis doctrinam populo tradebant secundum illud. Mat. 11. Memento legis Moysi serui mei, ita etiam in nouo testamento post euangelium legitur apostolorum doctrinam, quia ea quae a domino audiverunt tradiderunt fidelibus secundum illud. 1. Corin. 11. Accepi a domino quod & tradidi vobis. ¶ Portauit autem beatus Paulus nomen christi. Primo quidem in corpore, conuerfationem & passionem eius imitando secundum illud Gal. 1. Ego enim stigmata christi in corpore meo porto. Secundo in ore, quod patet in hoc quo in epistolis suis frequentissime christum nominat. Est abundantia enim cordis os loquitur, vt dicitur Mat. 12. Vnde potest significari per columbam, de qua dicitur Gen. 8. Quod veniit ad arcam portans raram oliuam oleo. Quia enim oliua misericordiam significat, congrue per raram oliuam accipitur nomen Iesu christi, quod etiam misericordiam significat, secundum illud Mat. 11. Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Hunc autem raram videntibus solis generat ad arcam: sicut et ecclesiam: quando eius virtute & significatione multipliciter expulsi, christi gratiam & misericordiam ostendunt. Vnde ipse dicit. 1. Imo. 1. Ideo misericordiam consecutus sum, vt in me primum ostenderet Iesus christus omnium patientiam. Et inde est quod sicut inter scripturas veteris testamenti maxime frequentatur in ecclesia psalmi David qui post peccatum veniam obrinuit, ita in nouo testamento frequentatur epistole Pauli qui misericordiam consecutus est, vt illos peccatores ad seipsum erigantur, quis possit & alia ratio esse, quia in vtraque scriptura fore tota theologica continetur doctrina. ¶ Tertio portauit non solum ad presentes sed etiam ad absentes & futuros scripturam ipsam tradidit secundum illud Eia. 8. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis. In hoc autem officio portandi nomen dei, ostenditur eius excellentia quantum ad tria. ¶ Primo quidem quantum ad electionis gratiam. vnde dicitur vas electionis. 1. Petr. 1. Elegit nos in christo ante mundi constitutionem. ¶ Secundo quantum ad fidelitatem, quia nihil aliud quae sunt: led christi. secundum illud. 2. Corin. 4. Non enim nosmetipsos praedicamus, sed christum in se sumus. Vnde dicitur vas electionis est michi. ¶ Tertio quantum ad singulari excellentiam. Vnde ipse dicit. 1. Corin. 15. Abundantius illis cibis laboravi. Vnde signanter dicit. Vas electionis est michi, quasi praeter alios singulariter. ¶ Quantum ad fructum, considerandum est quod quidam sunt quasi vasa inutilia, vel propter peccatum vel propter in errorem, secundum illud. Hier. 51. Reddidit me quasi vas inane. Sed beatus Paulus fuit purus a peccato & errore: vnde